



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè
factorum pertinentes, breuiter tractantur

Azor, Juan

Coloniae Agrippinae, 1602

3. De promulgatione ad legis substantiam, & rationem necessaria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14077

norma quædam, & regulae directrices in agendo inter leges recensentur. unde quamvis notum sit nobis, ut ait Gab. 3. d. 37. q. 1. a. 1. m. 1. velle Principem, ut aliquid faciamus, lege minimè tenemur, nisi velit nos obligare.

Quæres, An Lex, cuius contemptor, aut violator poenam reus tantum est, non culpæ, vim & rationem legis obtineat? quod est quædere. An Lex, quæ non obtemperant quamvis à culpa liberum, poenæ tamen obstrictum tenet, sit propriæ Lex? quidam autem non esse propriæ legem, sed conventionem inter PrincipeM legislatorem, & subditos initam, ut poenam luere debeant non obedientes, licet culpam minimè contraxerint: at probabilior est sententia eorum, qui putant esse veræ, & propriæ legem; quoniam licet non ita liget conscientiam, ut qui eam non impleret fese culpa obstringat, sic tamen ligat, ut contemptor, aut violator ipius poenam debet sustinere, & id quidem nō est ex voluntate, qua subedit fese poenæ subiecerunt, sed auctoritate legislatoris, non obtemperantes adigentis ad poenam perferendam: ad legis autem rationem satis est, si hoc aut illo modo liget, ac teneat ciues Principi subiectos.

Quæres deinde, An quando Religiosorum Institutum decernit in viuierum, ne regulæ, & Constitutiones conscientiam ligent, hoc modo: Nolum⁹ per aliquod nostrum statutum aliquem obligare ad culpam, ab ea generali Constitutione intelligere oporteat exceptum esse statutum illud speciale, quo superiori apertissimis verbis offendit se obligationem inducere ad poenam perferendam, dicendo: Volumus, & declaramus, ut Constitutiones nostræ non obligent ad culpam, sed ad poenam subiectum. **Caietanus** cum quæreret, an reus non seruans statutum obligans ad poenam nō ad culpam, peccatum incurrat, si poena non dederit, **Respondeo**: Vbi eiusmodi generale statutum est de nō obligando ad culpam, qualia sunt, inquit, statuta Dominicani instituti, nullam culpam contrahi, quamvis quis poenam statuto irrogatam non soluat. *Sicut enim*, ait, *non peccat, si quis statuum de silentio seruando perfringat; sic nec culpa vlla se maculat, si poenam ob silentium violatur, vi statutis debito non luat.* Quod probat, quia generalis est Constitutione Dominicani ordinis statuta obligationem inducere contrahendi culpā: sed species sub genere continentur, & qui totum dicit, nihil excludit: ergo silentij contemptor, sicut violando silentium non peccat, ita nec peccat, si poenam violati silentij non perferat. **Alphonius Caietanus** confutat eo uno argumento, quod S. Thomas aperte testatur Dominicanos, licet in nullam culpam incurvant vi suarum Constitutionum, si eas non seruent, compelli tamen ad poenam persoluendam. **Item**, statuti cōditor aperte dicit se obligare ad poenam, quamvis culpam non contrahant, qui statutis nō parent, & obtemperant: at vbi obligatio est, ibi præceptum esse oportet, & præcepti, ac obligationis omissione in culpa est. **Objecis**, Vbi culpa non præcessit, poena non debetur: poena enim ob culpam irrogatur. **Item**, statuto non parent poenam luere debet, vi ipius statuti, ac statutū aperte habet, culpæ reos non esse, qui ipsum nō seruant:

ergo nec vlla culpa tenentur, qui statutum violent, & poenam non soluant. **Respondeo**, posse quemlibet fese alteri obligare ad poenam luerendam, quamvis nihil delinquerat. **Item**, superior ius & potestatem habet obligandi inferiorem sibi subiectum ad poenam sustinendam, etiam si non deliquerit: nam poena potest constitui sine peccato, dummodo iusta causa subsit. unde regula iuris in 6. habet. *fine culpa, nisi subiecta causa, non est aliqua puniendus*: & poenam propriè acceptam esse peccati effectum, ac fufus, & latius sumpta poena vocatur, quicquid molesum, & acerbū quis absque vlla etiam culpa cogitur sustinere. **Hec opinio** mihi magis probatur: nam S. Thomas 2. 2. q. 186. ar. 9. ad 1. ait, *tale statutum non obligat ad culpam, sed solum ad poenam taxatam sustinendam*. Nec obstat, quod Caietanus opponit i speciale statutum cum generali pugnare, si est obligatio ad poenam subiectum. Nam generale statutum, quo dicitur: Nolum⁹ nostras Constitutiones ad culpam obligare, intelligitur ea excepta Constitutione, in qua conditor eius exprimit se obligare ad poenam statuto irrogatam patiendam, quamvis nulla sit, in violatione statuti, culpa contracta.

Cap. III.

De promulgatione ad legis substantiam, & rationem necessaria.

PRIMO quæritur, An Promulgatio ad legis naturam, & substantiam sit necessaria? **Respondeo**, ex communi omnium, tum Civilis, tum Canonici iuris interpretum, & Theologorū sententia, eam require: quod naturalis ratio manifestè conuincit. Nam lex, est iussum populi, Principis vel alterius potestatem habētis ciuitibus prefactum, ac denunciatum; at non potest iussum alteri esse notum, nisi ei sit indicatum, & promulgatum. **Item**, ex Iure Canonico constat promulgationem ad legem opus esse. Nam in cap. *In Iust.* distinct. 4. dicitur: *Leyes inserviunt, cum promulgari.* Præterea, idem est in iure ciuili constitutum: nam in C. de legibus, 1. leges, habetur: *Leyes sacras, que constringant hominum vitas, intelligi ab omnibus debent.* Et in *autentica, profecta, noua Constitutione*, decernitur tunc valere leges, ex quo in commune facta sunt manifesta. **O**līm apud Romanos primum lex à Magistratu scribatur domi sua priuatum, & de ea cum viris prudentibus confabat: ne lex absurdum, vel incommodi aliquid contineret. **D**einde, Magistratus in comitijs curiatis, vel Centuriatis, vel Tributis populum, aut plebem rogabat his verbis, *Velitis, iubatis* hoc aut illud constitui. Populus, vel plebs si improbabat, respondebat, *A, id est, Antiquo, quasi diceret. Antiqua probo, noua non item: si probabat, respondebat: V. R. id est, Vti rogas, quasi diceret, Probo, & decerno vti rogas: & hæc apud scriptores Romanos dicebatur Rogatio legis.* Postea Magistratu rogante, Populo vel plebe iubente, & decernente, hoc vel illud statutū debere, Lex ipsa scripta promulgabatur trinis undinis, hoc est, publicè proponebatur: nam, ut ait Festus, promulgari idem est, quod proponi, ut proposita

in publico loco legi posset ab his, qui in Vrbem ex agris, ac rusticis tribub^z, ac municipijs veniebant. Nundinæ, dicebantur rusticorum feriæ, quibus nono quoq; die intermissio ruris labore, quo per octo dies opera faciebat, in Vrbem mercandi, & vendendi gratia conueniebant. Vnde leges trinidino die promulgari dicebantur, hoc est, tribus continuis nundinis. & lege Licinia, & Didia statutum est, vt trinis nundinis proposita Lex esset, antequam ferretur ad populum, & in tabulis æneis incideretur post tertias nundinas. Nam ipso nundinarum die ferre legem non licet teste Macrob. lib. i. Saturna. ca. 16. Magistratus in eum locum, vbi legem latus erat, populum cōuocabat. Ibi cum legum p̄ræcō subiiciente scriba recitasset, si qui legem promulgata, populo suadebat, vt rogationem, & legem acciperet, & deinde ceteri, vel suadebant, vel dissuadebant: & tandem si quis tribunus plebis vellet intercedere, hoc est, impide, ne lex statueretur, id faciebat: tandem Promulgata lex, in ære incisa ad populum ferebatur pro rostris. Si roges, an aliquando Lex absque promulgatione vim, & auctoritatem habeat; ex his, quæ dicta haçtē sunt, colligit Nauar. conf. i. de confit. nn. 3. sequitur Decium cap. 1. de postulatio. nn. 19. Falsam esse Abbatis sententiam in cap. 1. De postulatio. nn. 10. Constitutionem ligare etiam antequam publicè promulgetur, dummodo, inquit, solemnitate fuerit edita, in publico populi conueniū; quod si non sit solemniter lata, non alligare, donec publicè promulgatur, quod p̄bat ex eo, quod eo capite definitur, constitutio, cum solemniter editur, aut publicè promulgatur. Sed hæc Abbatis opinio cum communi omnium sententia pugnare videatur: & certè S. Thom. 12. q. 9. art. 4. & Theolog. in 3. d. 37. ad rationem legis promulgatione requiri.

Secundò queritur, Qualis debeat esse promulgatio legis, ut legitima censeatur? quod est querere, Vbi nam oporteat legē promulgari, & promulgata Lex quādo ciues omnes incipiāt alligare? Respondeo, ex iure Civili Authētica supra ciuitatē, manifeste constare, legibus promulgatis omnes teneri post duos menses a solēni, & publica promulgatione. Et deinde subiungitur, legem promulgari debere in singulis prouincijs. Ergo lex incipit omnes ligare post duos menses elapsos ab ea, in singulis prouincijs publicè promulgata. Unde communis est iuris civilis, & Canonici doctōrum, & Theologōrum opinio, particularibus populorum, ciuitatum, aut inferioriorum Principum statutis omnes teneri, statim atque in ipso populo, Republica, vel curia Principis promulgantur: quoniam huiusmodi populi, Ciuitatum, aut Principum iurisdictio solet esse perangusta: neque enim ita amplè, & latè patet atque supremi Principis potestas. Quare leges Imperatoriz, vel Regia, cum ad diuersos populos, & prouincias ferantur, promulgari solent, & debent in singulis prouincijs, nisi aliud ipse Imperatores, vel Reges decreuerint. Conuenit quoq; inter omnes, Quotiescumq; lex supremi Principis certum tempus constituit, à quo incipiāt ciues adstringere, statim ab eo tempore, & non ante, ciues ea lege obligari: & propterea Authētica supra ciuitatē, tolummodo intelligitur de legibus supremi Principis, & quæ certum tempus non exprimunt. Ex quo ef-

ficitur, ut si lex Imperatoria, vel Regia ita feratur: Volumus hac nostra sanctiōne, post tres mēses, aut sic: Volumus statim atque fuerit hæc lex in nostra curia publicè promulgata, omnes tenere: iudicandū sit omnes ea lege alligari post tres menses, aut statim iuxta p̄scripta legis verba, & secundum tempus in ea lege decretum.

Tertiò queritur, An Romani Pontificis Constitutiones, qua Bullæ Pontificiæ, aut Diplomata vocantur, nec in corpore iuris continentur, requirant iure communi duorum mensium spatiū, & promulgationem in singulis prouincijs: ita ut non antea incipient omnes tenere, & ligare: An vero statim, vt in Curia Romana, solemni more propositæ denunciantur, omnes obstringant, etiam antequam in singulis prouincijs promulgetur? Duas opiniones inuenio, prima docet iure communi, non sufficere promulgationē in Curia Romana publicam & solemnem, nisi etiam in singulis prouincijs promulgantur. Item, non ligare, nisi post duos menses exactos à promulgatione in prouincijs. Abbas in ca. Cognoscentes, de Constitution. n. 7. primum dubitat, sed rādem huic sententiæ videtur accedere: quamvis in cap. Novitii de sententiâ excommunic. oppositum dixerit: Sic etiam Antoni^o Burrius, Ioannes Imola, Ioannes Ligatus, Cardinalis Zabarella in ca. Cognoscentes, de Constitutionib. nn. 4. q. 6. qui tamen oppositum tradit in Proemio Clementinæ, verbo, Vniuersitati, q. 4. Sic etiam Belinus, & Beroius, in ca. Cognoscentes, de confit. Hanc sententiam inter Theologos securi sunt, Sot. lib. de iust. q. 1. art. 4. ver. 1. ut vero de summo Pontifice Angel. lex. q. 12. & Med. 12. q. 90. a. 4. vers. sed queritur, qui citat etiam Caietanum, sed falso. Probant etiā multis. Primo, quia eadem videtur esse ratio de Pontificiis, quæ est de Imperatorijs Constitutionibus: nam Ius civile, vbi Iuri Canonico non aduersatur, servari ab Ecclesia solet, vt deducitur ex ca. de Noni operi iunctione, vbi dicitur: sicut leges non dignatū sacros Canones imitari, ita sacrorum Canonum statuta, Constitutionibus Principum adiuvantur. Idem habetur in c. si in adiutoriis d. 10. & ibi Glossa sit: vbi definiuntur, leges ciuitati possunt: sed ius Civile in hac re non est Iuri canonico contrarium, ergo servari debet. Item, Lex ideo dicitur communis, quia vbique promulgatur, vt vbi que sit nota. Deinde, quia in c. Cum infirmatis, De penitentijs, & remissione, planè statuitur, lege Medicos non teneri, nisi postquam eam Praelati promulgauerint, &c. Propositi. d. 32. habetur: si ad aliquos forma Ecclesiastica rite, quæ ab Episcopo Siricio ad omnes prouincias committantur, non probatur peruenire, ignorantibus venia non negatur. Preterea, quod disti. dist. 16. decernitur non posse excusari ignorantiam, cum Sardicense Concilium ab omni Ecclesia fuerit receptum. Item, quia nimis onerosum est, vt statim atq; Pontificia leges Romæ promulgantur, omnes Christiani nominis, & religionis, per vniuersum terrarum orbem sparsas prouincias alligent.

Secunda opinio docet, iure ipso communi sufficere promulgationem in Curia Romana publicam. Sic Ioannes Monachus in c. in Generali, de Regulis iuris in 6. Franchus, super data, in sexto. n. 13. & Henr. in ca. Cognoscentes, de confit. Paul. de Ezeza, in proemio Clem. lo. Andre. cum Glossa, super data, Sexti. vers. ann. quarto. Aeg. c. 2. de confit. Anch. c. 2. de confit. Sy. Lex. q. 6.

Rosell.

Rosell. lex. n. 8. Gome. de regal. Cancellaria in prob. q. 2. lit. d. et f. Nauar. consil. t. de const. q. 4. num. 14. c. sequent. & q. 9. n. 32. Quod probant, quia alioqui Decretalibus & Sexto, Clementinis, & Extraugantibus non teneremur, quia nunquam sunt in prouincijs promulgatae. Deinde, quia contrarium est in more depositum. Nam Regula Cancellariae in prouincijs non promulgantur, & tamen iuxta earum prescriptum, cauia omnes ad quoslibet Christi cultores, qui in toto terrarum orbe versantur, pertinentes definiuntur. Accedit his, quod nusquam ius Canonicum statuit, ut Pontificias constitutiones in singulis prouincijs promulgantur: nec iure ciuii Romani Pontifices tenentur. Item, Pontificias Constitutiones, quae vocatur Bulla in Coena Domini, non solente nisi Romam publicari; & tamen secundum eas vbiique iudiciale sententia pronunciantur. Postremo, quia alioqui Concilij Tridentini Decreta, non vbiique omnes ligarent, cum non sint adhuc in singulis prouincijs promulgatae.

In hac questione distinguendum esse, quidam existimant. Si enim, inquit, ius scriptum sequitur, prima opinio magis est iuri consentanea; si autem secundum confuetudinem vni receptam loquuntur, secunda opinio est verior, ac ita amplectenda. Vnde primae opinionis auctores secundum ius scriptum loquuntur: Auctores vero secundae sententiae, secundum morem, & confuetudinem approbarunt Antonius enim Butrius, Ioannes Imola, Felinus, & Franchus, qui primam sententiam sequi videntur, subiungunt aliter esse dicendum secundum consuetudinem: & Nauarrus, qui secundam sententiam tuerit, aperte docet, primam opinionem magis cum iure scripto congruerit, secundam vero esse tenendam propter confuetudinem vni confirmatam, sed ego non video quo pacto prima opinio magis cum scripto iure conueniat: nam vel intelligit ius ciuile, vel canonicum: si ciuile, Pontificias constitutiones non sunt ad ius ciuile contrahenda: si canonicum, certe nullum extat, quod magis pro prima sententia faciat, quam pro secunda. Et reuera confueudine receptum est, ut quanvis nulla sit in prouincijs publica denunciatio, iudicetur secundum pontificias constitutiones in Romana Curia promulgatas: ac propterea primae sententiae argumenta facile diluuntur.

Ad primum respondeo, licet non videatur esse iuris communis, ut Pontificias constitutiones statim, vt in Romana Curia promulgantur, omnes vbiique teneant, sed more, & confuetudine receptum esse videmus, ut sola sufficiat promulgatio Roma, ritu, & more solenni facta, ut omnes vbiique alligentur.

Ad secundum respondeo, id, quod habetur in cap. Cum infirmitas, esse speciale illius constitutionis ius, non tamen esse ius generaliter constitutum.

Ad tertium respondeo, graue nimis non esse, ut statim omnes teneantur. Nam qui legem rite promulgatam bona fide absque culpa ignorante iustam excusationem habent, si contra fecerint. Ut hanc igitur controveriam plenè dirimam, in primis sciendum est, Caetanum pro prima opinione non facere 1.2. q. 90. art. 4. ut falso quidam

putarunt, quoniam solum dicit haec verba, quod si Rome noua Lex promulgatur, & nec curia ipsa promulgarat, vt promulgatio ad Ecclesiastis Cathedrales denematur; nec prelati, qui ibi sunt, infiniti sunt Ecclesijs, accusari nec apud Deum, nec apud homines ignorantes possunt, absentes nesciunt: Quibus verbis significat Caetanus constitutiones Pontificias Romæ publicè promulgatas, omnes vbiique obligare, & tenere, sed ignorantes eas iustum excusationem habere, quoniam nesciunt, sint necne promulgatae. Item, Sotus loco citato, ideo putat necessariam esse promulgationem constitutionis Pontificie in prouincijs, quia credunt, inquit, Pontifex non aliter velle obligare omnes, & vbi que nisi constitutione in prouincijs promulgatur, ergo si vbi, & more nobis constat Pontificem velle obligare vbiique, suis constitutionibus Romæ publice promulgatis, non est cur aliquis dicat generatim Sotum docuisse, Pontificias constitutiones non vbiique obligare nisi in prouincijs singulis promulgatur. Præterea, Apud aiuertendum est, ad Constitutiones Pontificias, quæ continentur in iure, vel que sunt vbiisque more vbiisque receptæ, opus non esse promulgationem in prouincijs: quales sunt leges contentæ in Decreto Gratiani, aut in Decretalibus, aut in Sexto, Clementinis, & Extraugantibus, quæ corpus iuris efficiunt. Preterea, in constitutionibus Pontificijs, quæ antiquo vni Romæ tantum proponi, & denunciari solent, & non alibi, non est necessaria promulgatio in prouincijs: cuiusmodi sunt constitutiones, quæ continentur in Regulis Cancelleriarum, & in constitutione, quæ dicitur Bulla in coena Domini, & quæ Romæ publicè recitari, & promulgari in hebdomada sancta solet. Item, in his constitutionibus, in quibus Pontifex exprimit velle se, ut omnes teneant ea lege ex eo tempore, quo fuerit Romæ solenni more promulgata, non requiritur alia promulgatio in prouincijs: Et in hoc Sotus, etiam cum secunda opinione consentit. Unde Tridentina Synodi decreta, quæ pertinent ad reformationem, & ius Canonicum, cooperant omnes adstringere Kalendas Maii, anno 1564. Sicut enim declarauit Pius Quartus, in sua constitutione, quæ eam Synodum confirmauit, quæ incipit: Sicut et facrorum. Postremo, iuxta quorundam sententiam annotandum est: De alijs Pontificijs constitutionibus, quæ nouæ quorundam sancti, in foro conscientiæ, si quis lequeretur primam Societatem, Angelum, & Panormitanum opinionem, posset a pectato aliquando excusari, ut affirmare quodam nonnunquam audiui, eo quod probabili aliquorum Doctorum sententia feso tueri queat, licet in iudiciali foro damnetur. Ego tamen eorum exceptionem accipiemus esse non arbitror, nisi quando Pontificias constitutiones, vni recepta non sunt, quæ vim, & auctoritatem, aut non retinent, aut non sunt: nō quia in prouincijs promulgatae non sint, sed quia confuetudine sunt abrogatae, vel vni non recepta, non enim video, quo pacto sit probabilis Angelii in hac parte sententia, cum nullum sit canonicum ius, quod requiratur, & postulet, ut Pontificias constitutiones, in prouincijs singulis promulgantur: nec probabiliter credi potest, quod Sotus existimat, nō aliter Pontificem velle, ut ipsius constitutiones vim habeant vbiique obligandi: ideo dixit Ioannes

Monachus Pontificem pedes plumbeos habere,
nec posse per provincias discurrere, sed immobi-
lem dare, ut cuncti alij moueantur.

Quarò queritur, An constitutio Canonica legit statim post duos menses à promulgatione exatós? Glossa in cap. *Propositi*, dist. 82. ver. Non probatur: docet secundum leges sine ius civile, Canonicas constitutiones obligare statim post duos menses à promulgatione elapsos: at secundum Canones nō ligare ante sex menses à promulgatione tranfactos: sed hæc opinio meritò cōmuni confensur eijscitur, ut aiunt, Abbas, Felinus, Beatus in cap. *cognoscentes de constitutionibus*.

Quintò queritur, An priuilegia suam vim, & auctoritatem habere incipient, cum primum conceduntur à Principe, An verò postquam nota sunt ei, cui conceduntur. Due sunt opiniones: prima docet à die notitiae, non à die priuilegij dati, acquiri ius ei, in quem priuilegium confertur. Sic Glossa, sic Joannes Monachus, Joan. Andreas, Anchiaranus, Dominicus in cap. 1. de concess. p. rebend. in 6. Sic etiam Cardinalis, Abbas, Decius, Albericus, & Iason, quos omnes citant, & sequuntur Felinus, & Beroius, in c. cognoscentes, de constitut. eo quod beneficium, priuilegium, & favor auctoritate Principis cum aliqui conceditur, videtur dari tacita conditione, si ipse illud ratum, & acceptum habeat. Opinio secunda tradit, à die dati priuilegij, statim ante notitiam acquiri ius absenti, cui conceditur priuilegium, sic Bartolus, Innocentius, Hostiensis, Archidiaconus, Paulus, Vitalinus, quos in medium producent Felinus, & Beroius, loco citato: nam legatum adquiritur absenti. L. Magis puto, q. Fundam. ff. de rebus eorum qui substat. & l. Legatum ita ff. de legat. & l. cum pater. ff. Jurado. ff. de lega. libertas quoque statim acquiritur, si seruus abiens ex testamento Domini manumittitur, & restitutio deportati statim absenti acquiritur: ergo & priuilegium; nam gratia & equiparantur legatis. In Decisione 14. part. 2. num. 2. definitum, aut iudicatum est in Rota, priuilegium impetratum per nuncium, vel procuratorem, vel litteras ad id missas statim vim suam transference ad absentem, à die quo datum est, quamvis illud ipso repudiare queat, cum rescierit sibi datum: vt Titium absentem Princeps in suum familiarem admittat. Item si tibi absenti conceditur priuilegium, ut sis à tributo, vel alio onere immunis, a liber. Item, si tibi conceditur ne possis ab Episcopo poena aliqua puniri. Vnde communis est ciuilis, & Canonici iuris interpretum opinio, quam referunt Joannes Imola, & Felinus, in cap. Cognoscentes. de constitutionibus, statim suam vim Priuilegia sumere, à die quo sunt auctoritate Principis concessa: citatq; Felinus, Innocentium, Hostiensem, Archidiaconum, Abbatem, Ioannem Andream, Geminianum, & alias plures. Verum non nulli, hanc sententiam intelligunt hoc sensu: Priuilegium confessum atque est à Principe concessum absenti, & ignorant, vim suam habere, ita nequeat revocari ante consensum eius, cui conceditur, qui absens, & ignorans continuo, acquirit ius ad rem, non tamen acquirit semper ius in re: ad hoc enim comparandum requiritur consensus absensis, quo acceptum, & ratum habes priuilegium sibi concessum: vti deducitur ex a-

pote: Si tibi absenti, de præbendis in 6. quod & annotauit Decius in cap. cognoscentes, de Confessionibus. Ceterum, in eo capite solum agitur de beneficio Ecclesiastico, quod Ordinarius in absenti clerici conferat. Non video cur Princeps supremus non possit renocare priuilegium, quod absenti, & ignorantie concedit, antequam priuilegiarius per se, vel procuratorem, vel nuncium, vel literas ratum, & acceptum habeat. Duo ex Doctoribus colliguntur: unum est, quidam princeps nuncio suo, & motu priuilegii concedit alicui absenti, & ignorantie, prodest illi, à die quo datum est, in eo, in quo alius potest priuilegio nocoeretur si Romanus Pontifex concedat Ticio, ne in eum Episcopus possit anathematis sententiam ferre: vel si rex concedat Caio, ne cogi posse tributum solvere, nec in carcere mitti, nec torquiri, non tam prodest absoluere in ceteris, nisi postquam priuilegiarius consenserit. Alterum est, quando quis auctoritate Principis imperat priuilegium per literas ad id missas, vel nuncium, aut procuratorem ad id destinatis, gaudet priuilegio à die, quo datum est, secus verò quando absens, & ignorans aliter imperat, tunc enim eo non gaudet, donec ad ipsum perueniterit. Sed de hac questione iterum agam inferius, cum de priuilegijs disputatione.

Sexto **quaritur**, An leges abrogantes priuilegia, aut facultates, habeant suam vim statim, ut la-
te sunt, an vero postquam solummodo denunciatae, aut notæ fuerint ijs, quibus erant priuilegia, & facultates concessæ? **communis est** quoque ciuilis, & Pontificij iuris doctorum sententia, ut con-
stat ex Felino, & Abbatie, non habere vim quoque denunciatae fuerint ijs, quorum priuilegia, & fa-
cultyates erant. Idem quoque tradidit Sotus. **Sed**
sciendum est, aliquando priuilegium cōcedi cer-
to loco pio, vel Collegio, vel Seminario adoleſ-
cētū, aut fodalitati, siue Confraterniti, quam
vocant, aut toti dieceſi: aliquid toti certo re-
gno, cui subiacent multæ prouincie; aliquid
certo populo, aliquid certo homini priuato.
Queritur ergo quomodo de his omnibus, sit com-
munis tententia intelligenda. **Respondeo**, Si pri-
uilegium est priuato homini datum, non intelligi-
tur sublatum donec lex id abrogans sit ipsi de-
nunciata, vel manifesta. **Si** verò priuilegium con-
cessum fuerit ob certi pīj loci, Seminarij, vel Col-
legij commodum, non definit, quoq; lex id tol-
lens, sit denunciata, vel nota Collegio, vel ijs qui
priuilegium præsumunt, & curam eius habent. **Quod** si priuilegium beneficium sit in totam Diœcētū, vel Pro-
vinciam collatum, non finitur, donec abrogatio
sit in Metropoli denunciata, vel sc̄ita. **Si** priuile-
gium sit in totum regnum collatum, non videatur
extinctū, donec eius abrogatio in his locis sit no-
ta, quæ sunt capita prouinciarum. **Appellatione**
denunciationis, accipimus notitiam certam, qua
priuilegij abrogatio sit illi nota, cuitis est priuile-
gium. **Ex his** colligitur, acta valere Procurato-
ris absentiæ, & ignorantiæ, donec renouatio sit ipsi
nota, Felin. in c. ex parte Decani, de rescripti. Gloss. i.c.
vii. de procura. ver. ignorare. in c. & colligitur ex l.i.
forte præses. ff. de offi. præsi. se forte priuilegia prouincie
manumiserit, vel tuteorem dederit priuatis quam cognoveri
successorem aduenisse, erum haec rata. & ex l.i. Si mandat
sem. ff. manda. si mandasset tibi, vi fundam emeres. qđ
scripsiem

Scripturae ne emeres, ut anequam scias me retinuisse emisses, mandauit tibi obligatus ero. Sic ibi. At procurator ad nuptias contrahendas, si reuocatus a Domino contraxerit, irrum est, quod facit, etiam si ignoret esse reuocatum. I. si penitus. ff. de viu nupi. & c. vlt. de processu. 6. Constat etiam firma acta executoris, Nunc, vel Legati Apostolici, quo usq; certior sit factus, et effe a Pontifice reuocatum. Calderi. conf. 4. de off. legati. Quid item facit Vicarius donec sciuerit se esse reuocatum. Calderi. ibidem. Præterea colligitur, Indulgencias (que sunt peccatorum condonations) non finiri, donec de eam reuocatione certiores facti sint illi, quib; fuerint Pontificum beneficio concessæ, præterquam cum suspenduntur accessu anni quinquagesimi, sive vice simi quinti, in extrau. quemadmodum de peni. & remiss. inter communas.

Septimus queritur, An nouæ constitutiones, que abrogant antiquas, incipiunt vim, & auctoritatem habere statim atque sunt ad populum latæaque promulgatae? Quidam è iunioribus docuerunt, huiusmodi leges, que derogant antiquis ante iam lati, vim suam habere, quam primum fuerit interior Principis voluntas, qua velit, leges se ante iam latas nullam vim retinere: quod est dicere, legem antiquam cessare statim, ut Princeps vult eam esse abrogatam. Id inde probante illi, quod lex neminem tenet, & alligat nisi ex voluntate Principis, ergo quando definit Principis voluntas, finitur, ac definit quoque tota vis legis. At enim longè verius est, leges eiusmodi, que tollunt alias, incipere suam vim habere statim, vt sunt legitimè promulgatae. V.G. ante Concilium Tridentinum, omnis sacerdos, etiam minimè approbatus ad confessiones peccatorum audiendas, poterat more, & consuetudine excipere confessiones aliorum sacerdotum: sed in concilio Trident. sess. 23. cap. 15. de Reformatione, constitutum est, ut nullus etiam regularis possit audire confessiones secularium, etiam sacerdotum: neque ad id idoneus reputetur, nisi aut parochiale beneficium, aut ab Episcopis approbationem accipiat. Primitus quibuscumque non obstantibus. Vnde si quis sacerdos post promulgationem Concilij Tridentini, audire confessiones peccatorum, cum non sit aliqui approbatos ad eas excipendas, posset quidem à culpa excusari, sed abolutione effe irrita, & proinde repentina. Item, ponamus aliquid esse peccatum, cui ex Constitutione Pontificia sit excommunicatione constituta: & deinde alia constitutione Pontificia abrogetur excommunicatione; tunc si incidat quis in id peccati, post eam censuram abrogatam excommunicatione non afficitur. Si tamen ante derogationem in peccatum incurrit, excommunicationis vinculo tenetur, quoniam abrogatio ad excommunicationem præteritam trahi, & pretendi non potest. R. O. G. A. B. I. S. Quid sit dicendum, si illa excommunicatione erat Pontifici reseruata, at deinde alia Constitutione tollitur proflus referentia? Respondeo, post referentiam sublatam, excommunicationem quidem manere, sed non esse amplius reseruatam. Q. V. A. E. R. E. S. etiam, Quid dicemus, si antequam referentia è medio tollatur, incidat quis in excommunicationem, & reseruatione per legem re-

remota petit absolutionem, an is possit absoluiri quemlibet sacerdotem approbatum ad confessiones penitentiarum audiendas? Quibusdam videatur in vniuersum absoluiri posse, quia excommunicatione nunquam temporis, quando quis ad sacram peccatorum confessionem accedit, amplius reseruata non est Pontifici, licet effe antequam reseruata, quando fuit peccatum admissum. Sufficit autem, si modo cum quis à peccato, & censura absoluiri, excommunicatione amplius reseruata non sit. Alijs vero hoc non probatur absolute, & simpliciter. Nam distinguunt in hunc modum: aut referentia tollitur solùm in peccatis, que in futurum cōmittuntur, & tunc ab excommunicatione reseruata, que contrahitur antequam reseruatio collatur, nequit absoluere quilibet legitimus Confessarius, quia reseruatio, inquit, non est sublata in delictis ante cōmissis: aut reseruatio tollitur simpliciter etiam in delictis antequam patratis, & tunc quilibet Confessarius idoneus potest absoluere, etiam excommunicatione erat reseruata tempore, quo fuit delictum admissum: quoniā Constitutione, que reseruacionem tollit, ad præterita peccata pertinetur.

Quod si queras ab illis, quidam Constitutione, que tollit referentiam, ad præterita trahatur? Respondent, tunc trahi, cum Constitutione sequens statuit, ne amplius excommunicatione etiam ante contracta Pontifici sit reseruata: quando vero Constitutione sequens solūm omittit excommunicationem reseruatam, non numerans eam inter excommunications reseruatas, aut non numerans inter excommunications, ea Constitutione non trahitur, inquit, ad præterita. Exemplum vtriusque sit. Pius V. in Constitutione, publicè legi & recitari solita in die Cœnæ Dominicæ, Anathematice percussit eos, qui haberent, aut legerent libros Magorum, etiam si heretici non essent, & voluerent eam Excommunicationem effe Pontifici reseruatam: postea vero Gregorius XIII. & alij, qui successere Pontifices, eam Excommunicationem omiserunt nihil de ea statuerent. Hęc Constitutione Gregorij XIII. & aliorum Pontificum ad præterita non trahitur, & ideo, si quis incidat tempore Pij V. in eam Excommunicationem, non poterit absoluiri nunc per quemlibet approbatum Confessarium: quoniā adhuc reseruata est. Præterea, Sixtus V. Excommunicationem, tulit in eos, qui abortum aliquo modo faciendum cui assent, & eam Pontifici reseruauit: sed Gregorius XIV. eam sustulit, & statuit ne amplius ea Excommunicatione, videlicet etiam ante contracta, effe Pontifici reseruata: hęc Constitutione ad præterita protenditur; ita ut ij. qui tempore Sexti V. abortum faciendum curarunt, quamvis in excommunicationem reseruatam incurserint, possint nunc post tempus Gregorij XIV. absoluiri ab ea per quemlibet legitimum Confessarium. Ceterum dicendum puto, quandocunque Constitutione sequens decernit, ne excommunicatione sit amplius reseruata, potest ab ea absoluere Confessarius legitimus, & idoneus: quoniā hęc Constitutione, non hoc ipso trahitur ad præterita facta, sed absolutionem ab excommunicatione liberam relinquit: & statuit de absolutione futura post ipsam Constitutionem, ne sit reseruata: quod perinde est ac si Constitutione diceret:

diceret: antea absoluere non poteras, nunc potes: & Confessarius qui nunc absolvitur, non absolvitur ab Excommunicatione referuata: & cum dicimus, casum hunc, vel illum, peccatum hoc vel illud, censuram hanc vel aliam esse referuatam, nihil aliud significare volumus, nisi absolutionem esse referuatam: ergo si cum absolucionis referuata est, absolucionis non est referuata, certe iure, & tuta conscientia absolvitur, nec refert, quod fuerit antea excommunicatione referuata: quoniam is, qui incidit in excommunicationem referuata, non absolvitur tunc, cum incurrit in eam, sed absolvitur postquam excommunicatione referuata esse desit.

Octauio queritur, An promulgata lege, & duobus mensibus nondum elapsis, ab eius promulgatione, scientes eam promulgatam eo ipso, statim ea lege adstringantur, ante duos menses exactos, & questione proponitur de lege principis, que nullum certum tempus constituit, quo incipiat populum sibi obligare. Duas video esse opiniones, Prima est communis Civilis, & Canonicis iuris interpretum, ut constat ex Abbate ca. 2. de Postulat. Praelatorum, & Felino in cap. Cognoscentes de Constitutionibus nam. 7. Ver sic secundo limita, statim omnes scientes teneri lege ante duos menses elapsos, quando lex tempus nullum constituit, quo incipiat omnes in uniuersum ciues alligare. Et in hanc sententiam citat Felinus plures utriusque iuris doctores. Sic Gloss. in c. hoc consutissimo de reb. Eccles. non alienan. in 6. verb. haecenni, & c. cum singula. de prab. in 6. verb. peruenient. Bart. in l. omnes populi, ff. de iusti. & iur. q. 7. Bald. Hostien. Paul. Cardin. Imola. Dominic. quos refert, & sequitur Felini loco citato. Sic etiam Abbas in c. cognoscentes. de confis. nu. 7. & c. 1. de postula. prala. nu. 11. Joannes Ligna. in c. cognoscentes. de conf. Sicutiam Sylvest. verbo. lex. q. 6. ad finem. Angel. lex. q. 12. Rofel. lex. nu. 7. Secunda opinio docet, quando lex nullum tempus prescribit, quo Princeps ciues incipit obstringere, scientes legem promulgatam, ea nequaquam ligari ante duorum mensium tempus exactum. Sic Antonius Butrinus. Decius, & Paulus Eleazarus, & Francus quos citat, & sequitur Nauarrus in confis. de confis. nu. 17. quam probat Primo. Nam ex Authenticis; ut noue facta Constitutiones. f. 1. coll. at. 6. videtur plane deduci tempus duorum mensium definiri, & cōsistit, ut post eorum elapsum incipiant populares omnes legem teneri, & adstringi. Rursus, duorum mensium tempus, tacite, & implicite constitui videtur, veluti induciarum tempus, quo Princeps liberos a lege ciues relinquit. Praterea, hoc duorum mensium tempus constitutum tacite intelligitur, ut uno eodemque tempore omnes aequaliter incipiunt lege alligari, & non hi priusquam alii. Si QVAERAS, quid si lex Princeps certum tempus constituit, an scientes, ea lege teneantur ante illud tempus elapsum. Respondeat proculdubio non teneri in foro conscientiae, de hoc enim inter se auctores non dissident, nec dubitari potest, quin lex ante certum illud tempus populum non teneat, quia idcirco certum tempus prescribitur, ut ab eo tempore lege obligemur, non ante. Aut enim lex fertur, Nolumus ante duos menses hac lege subditos alligari, & haec non obligat: Aut fertur sic, Volumus post duos menses exactos hac lege vni-

uersos astringi: Aut sic, Volumus, ut post duos menses cuncti incipiatur hac lege teneri; & sine hoc, siue illo modo ponatur, non habet vim obligandi ante certum tempus constitutum, ut docet idem Nauarr. de confis. i. q. 4. nu. 19. Hoc autem sciendum est, primam sententiam, quam dixi esse communem, in iudicio apud ipsos magistratus, & iudices plurimum valere: vnde in foro exteriori, ut annotauit Nauarrus, consuetudine est receptum, praesertim Romae, ut omnes contra legem promulgatam, quae nullum certum tempus constituit, scienter agentes, etiam si nondum sint duo menses elapsi a promulgatione, secundum eam iudicentur, & puniantur, nisi iustum sit ignoratio excusationem habeant.

Ex his apparet quid sit dicendum secundum Nauar. in multis, que possunt accidere. V. G. sit lalex, ut frumenti modius certò quodam pretio vendatur, & non maiori, & in ea nullum certum, & definitum tempus prescribatur, ex quo incipiat omnes tenere. Titius sciens legem promulgatam ante elapsos duos menses, pluris vediatur frumenti modium, nimirum iusto pretio ante legem consueto, non compellitur secundum Nauarrum in foro conscientiae Titius ad restituendum incrementum pretij lege taxati, quamus in foro iudiciali compelli posse, auctoritate, & sententia iudicis ad restituendum id, quod amplius accepit. Constat enim apud omnes, si lex certum tempus designat, ex quo legislator velit ciues teneri, non obligari ea lege etiam in iudicio, ante constitutum tempus scientes. At contra Nauarrum obiectis id, quod, in cap. Eam quid Regulis iuris, in sexto dicitur, eum, qui certum est, certiorari viterius non oportet; & ex. Cum contingat, de officio Iudicis delegari. Regula generalis elicetur: frustra expectatur eventus, cum nullus est effectus: ergo si Titius legem promulgata non erit etiam ante tempus lege prescriptum, eo ipso obligatur, siquidem opus non est, ut certior fiat. Respondeat ex his locis nihil sumptuaria argumenta concludere. Non enim in uniuersum id, quod de uno ius decernit, est ad similia trahendum. Vnde duae prædictæ iuris Regula: licet in certis quibusdam rerum eventibus locum habeat, non tamen generaliter in omnibus. Lex enim neminem adstringit, ac tenet, nisi ex voluntate legislatoris; at vero ante duos menses exactos a promulgatione non est Princeps voluntas, ut Ciuitates ac populi lege teneantur. Deinde, opposites contra eundem Nauarrum, scientes promulgatam legem, & non obtinerantes, in foro iudiciali condemnantur, & puniuntur tametí contra eam fecerint ante duos menses elapsos, ergo lege promulgata, neque exactis duobus mensibus scientes ligantur. Respondeat, non idem esse de foro judiciali, quod est de foro conscientiae. Vrgibis: Quando forum iudiciale non dicitur sols conjecturis, que præsumptiones vocantur, forū quoque conscientiae, cum eo oportet conuenire. Respondeat, in re hac, de qua nunc agimus, potest forum conscientiae à iudicali discrepare: fieri enim potest, ut sit in foro iudicali mos introducitus poniendi scientes: quam consuetudinem possunt iudices tuta conscientia retinere. Item, fieri potest, ut in foro iudicali Magistratus, & iudices primā opinionem sequantur, quae cum sit communi

Cunilis,

Civilis, & Canonici iuris interpretum consensio comprobata, tutò in iudicio seruatur: & contra eiusmodi legem facientes, quamvis non delinquent, nihilominus poenam legis subjiciuntur, quia huic periculo, & damno, se se obiecerunt. Profectò licet admodum probabilis sit opinio secunda, quam est Nauarrus sequitur: verior tamen prima opinio videtur, quæ cōmuni omnium consensu recepta est: nam si Princeps legem condit, & publicè promulgat, & nullum tempus certum constituit, ex quo velit ut incipiat obligare, eo ipso velle videtur, ut simpliciter, & statim scientes teneat ac liger. Si dicas, cur igitur duorum mensuram spatiū datur. Respondeo, ut toto eotemporis spatio iudices ignorantium excusationem, ut probabilem, & iustam accipere possint. Si roges, an opinionem secundam tutam conscientiam sequi possumus. Respondeo, quamvis prima opinio in foro judiciali sit amplectenda, in foro tamen interiori tutam conscientiam secundam teneri potest: nam Imola in capitulo secundo de *confit.* & Franchus super d. a. in sexto. n. u. aiunt, eam etiam secundum iura posse defendi.

Non queritur, An lex afficiat ignorantes post tempus elapsum ab eius promulgatione? Abbas in cap. cognoscentes, de constitutionibus n. 6. docet lege non affici ignorantes. Sic etiam Felinus. Idem tradit Glossa, in eo loco: immò h̄c est cōmuni vtriusq; iuris doctorum sententia. Sotus & quidam iuniores ipsi fecuti, reprehendunt iurisconfutatos, eo quod afferant post tempus promulgationis exactum legibus non teneri ignorantēs: Ipsi vero contra censem ignorantēs obstringi, & alligari, quia propter ignorantiam excusantur à culpa, ergo etiam lege tenebantur. alioqui enim si non erant lege adstricti, non est, cur excusari dicuntur.

Ceterum nihil est, quod in hac parte iurisconfutati reprehendi merito queant: non enim aiunt ignorantēs, non ligari legibus, sed nō affici, quod est diuersum.

Animaduertendum est, legibus tria contineri: primum quidem lex obstringit conscientiam: ita ut lege ipsa compellatur quisq; ad parentum ei, & seruandam eam: & legis contemptor sit secundum conscientiam reus violator legis. Secundum, Lex poenam irrogat delinquentibus. Tertiò, sicut lex actus aliter factos recindere. Quod attinet ad primum, Ignorantes legem bona fide, in foro conscientia liberi sunt à culpa: quod si ignorantia fuerit affectata vel crassa, quam vocant, in foro quidem conscientia contra legem facientes iustum excusationem non habent, in foro vero exteriori iatur actio, quoniam admittitur probatio, & exceptio ignorantia, ut docet Abbas in cap. cognoscentes de constitutionibus num. 9. Quod attinet ad poenam legibus constitutam, ignorantēs bona fide, & probabiliter liberi sunt, & immunita poena: nam propter culpam poena quis afficitur: ergo qui culpa caret, poena sustinere non cogitur. Si vero ignorantia sit crassa, poena legis afficitur in foro judiciali, qui contra legem delinquit: si autem ignorantia orta sit ex culpa leui, vel leuissima, in eo foro violator legis arbitrio iudicis, non autem poena legis ordinaria puniatur. Quod ad tertium legis actum pertinet, a-

nimaduertere oportet, inter Canonici, & Civiliis iuris interpretes, questionem esse, an cum lex iure ipso rescindit, quod fuerit contra eam factū, sit poena, an potius damnum. Mihi certè probatur id, quod docet Abbas, non esse propriè poenam, sed damnum, ut proinde mirum non sit, si quis legem etiam ignorans, & contra eam faciens, huiusmodi damnum incurrat: quare elapsō tempore promulgata legis, ignorantēs, quum eorum ignorantia est bona fide probabilis, & iusta, excusantur quidem à peccato, & poena legis, si quā tamen fecerint, contra legem ea resistentem, irrita sunt etiam secundum conscientiam. Clarebit exemplo quod dicimus: Sit lex præscribens, non valere certum quendam contractum post duos menses ab eius promulgatione: tunc si Titius contractum ea lege interdictum inierit, bona fide per ignorantiam, liber erit à culpa, & à poena, irritus tamen & inanis erit contra eam legem initus contractus, & in foro conscientia si quid lucri sibi acquisierit ex eo contractu, restituere omnino debet.

Cap. IIII.

An oporteat legem usi recipi, ut ea omnes teneantur.

QUESTIONE est inter Theologos, An lex promulgata, si morib⁹ vtentium recepta non fuerit, censes teneat? Hanc questionem tractauerunt Pontifici⁹ iuris doctores, præfertim Felinus, cap. i. de Treug. & Pace, & cap. In istis, diff. 4. questionem autem mouet, quia non videtur ad vim legis necessarium, ut viu recipiantur: nam populus condidi leges, auctoritatem non habet, quando est Principi⁹ subiectus, in quem suam, quam habebat, translati potestatem: ergo si Princeps ad populum legem aliquam ferat, eo ipso eum sibi obstringit, & obligat, & proinde peccat populus ea lege non vtiens. Rursum Princeps promulgata semel lege, iuste potest populum adigere ad legis observationem, & iure etiam in eos animaduertere, qui legem perfringunt: ergo populus lege non vtiens delinquit: alioqui enim ex vtraq; partem populi, tum Principis iustum bellum est, quod fieri nequit. Si enim Princeps iure legem constituit, promulgat, & compellit ad observationem eius, ac punit delinquentes, sequitur, ut Populus ius non habeat contra legem faciendi.

Nihilominus communis est Canonici, & Civilis iuris interpretum opinio, ut refellant Abbas, & Felinus, cap. i. de Treug. & Pace, legem viu non receptam vi carere, quamvis sit auctoritate Principis constituta, & legitimè promulgata: qua sententia, & iuri canonico, & Civili est contentanea. Nam in cap. In istis, diff. 4. perpicue Gratianus ait: *leges inflatiūnū cum promulgantur: approbanūr, cum morib⁹ vtentium recipiantur.* Hoc idem docent ibi Archidiaconus, Dominic⁹, Præpositus, & Turrecremata: idem tradunt cap. i. de Treug. & Pace, Innocentius, Hostiensis, Ioan. Andreas. Item, in l. de quibus, ff. de legibus dicitur: *Nam cum ipse leges nulla ex alia causa non teneant, quam quod indicio populi receptae sunt: Et paulò inferius: Illud receptum est, quod leges non solet suffragio legislatori, sed etiam tacito consensu hominum,*

per de-